



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Emptio II. quoad res vendendas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Qui iussu alterius emens aliquid dicit plus emisse, vt illud plus sibi retineat, peccat, nisi pro impensis necessariis acceperit, aut venditor donauit ipsi, & non ei pro quo emit. cap. 17. num. 96. qui recipiens alienam rem ad vendendum, pretiosiore reddit, cum ad id non teneretur, potest excessum sibi retinere. num. 99.

Vendens triticum paratum ad seminandum, & non habens aliud simile, potest carius vendere. Habens verò aliquid, quod communiter nec sibi, nec aliis valet plusquam decem, non potest alteri plus vendere, quamuis illi multò plus valeat. nu. 211. Nam utilitas ex parte vendentis potest augere pretium, non tamen ex parte ementis. c. 23. num. 78.

Aliquando tenetur mercator vendere minoris, quam emit. cap. 17. num. 228. & num. 243. §. 97.

EMPTIO II.

Quo ad res vendendas.

EMENS bona fide à non Domino, tenetur postquam rescierit, reddere vero domino, etiam non recuperato pretio. cap. 17. nu. 8. Si tamen compareat venditor, poterit illi reddere, & pretium recuperare. Nec videtur

cooperari peccato venditoris in retinendo alieno.num.9.& 84.

B Peccat mort. qui vendit aliquid amissum ipso iure propter hæresim, vel crimen læsæ maiestatis emptori ignorantibus, & non admonito. Nisi crimen esset ita occultum, ut probabiliter crederet vendens, numquam detegendus.cap.23.num.89.

P Emi possunt merces futuræ etiam nondum natæ, imò & spes earum.num.163.

C Qui commodat ballistam ei, qui cum alio rixatus est, & petit eam irato animo, dat ei occasionem peccandi. Idem de vendente eam, vel lanceam, vel ensam. cap.14.num.31.E.in Nou.num.38. Vnde, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniuste, vel ad bellum, quod scit iniustum, vel dubitat, & non est subditus Principis indocentis bellum, peccat mort. Secus si est subditus.nam iste potest deponere dubium.cap.23.num.90.

Qui ob iustum lucrum vendit chartas laforias, taxillos, fucos, & alia huiusmodi, sine consensu in peccatum inducendi, non peccat. Colligitur ex resolutione. cap.19.num.14 in Nou. cap.20. num.16. vide etiam cap.23.num.90. vendens tenetur de euietione. cap.17.num.8.